Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36539
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

dit innocentiam lapsis mestis letitiam.
fugat odia concordiam parat et euertit
impia. Inhuius igitur noctis gratia suscipe
sancte pater incensi huius sacrifitium
uespertinum quod tibi in hac cerei oblatione
sollempni ministrat manus de opibus a
pium sacro sca recidit ecclia. Sed iam coruscantis
huius preconia nouimus quam in
honorem dei hic accendat cereus.
rutilans ignis accendit. Qui licet diui
sus in partes minuitur luminis detrimen
ta non nouit. Alitur liquentibus ceris
quas in substantiam preciose huius lam
padis apis mater edidit. O uere bea
ta nox que expoliauit egyptios ditauit
hebreos. Hoc in qua terrenis celestia hu
manis diuina uniguntur. Oramus
ergo te domine ut cereus iste in hono
rem tui nominis consecratus ad noctis
huius caliginem destruendam indefi
ciens perseueret in odorem suauitatis ac
cepti superis luminaribus misceatur
flammas eius lucifer matutinus in
ueniat. Ille inquam lucifer qui nes
cit occasum. Ille qui regressus ab in
feris humano generi serenus illuxit.
Precamur ergo te domine ut nos fa
mulos tuos omnem cleum et deuo
tissimum populum una cum papa
nro n. et gloriosissimo imperatore
nro n. nec non et antistite nro n.
quiete tempora concessa in his pas
chalibus gaudiis consecutare digne
ris. Per dominum nostrum ihm xpm fi
lium tuum qui tecum uiuit et regnat
in unitate spiritus sancti deus per om
nia secla seculorum amen. Lectio.

hic ctus inpme in modū crucis.

In principio creauit ds celum et
terram. Terra autem erat inanis
et uacua et tenebre erant super faciem
abyssi. et spiritus dei ferebatur super aquas.
Dixitq; deus. fiat lux. Et facta est
lux. Et uidit ds lucem qd esset bo
na. et diuisit lucem a tenebris. appel
lauitq; lucem diem. et tenebras noc
tem. factumq; est uespere et mane
dies unus. Dixit quoq; ds. fiat
firmamentum in medio aquarum.
et diuidat aquas ab aquis. Et
fecit ds firmamentum. diuisitq; a
quas que erant sub firmamento
ab his que erant super firmamen
tum. Et factum est ita. Vocauitq;
ds firmamentum celum. et factum
est uespere et mane dies secds. Dix
it ds. Congregentur aque que sub
celo sunt in locum unum. et appa
reat arida. factumq; est ita. Et uo
cauit ds aridam terram. congre
gationesq; aquarum appellauit
maria. Et uidit ds quod esset
bonum et ait. Germinet terra her
bam uirentem et facientem semen.
et lignum pomiferum faciens fruc
tum iuxta genus suum. cui semen
in semetipso sit super terram. Et